



# Basilij Magni Caesariensis Episcopi singularis libellus de ueterum, & praesertim poetarum libris, legendis.

<https://hdl.handle.net/1874/455414>

# BASILII

MAGNI CAESARIEN-

sis Episcopi singularis eruditio*n*is li-  
bellus de veterum, & præsertim po-  
etarum libris, legendis.

Cui addita est epistola elegantissima  
diu*n* Hieronymi, eiusdem fere ar-  
gumenti, ad Magnum orato-  
rem Romanū. Cum Schos-  
tij*s* Erasmi.

BASILII MAGNI DE  
gentilium scriptorum libris  
euoluendis libellis sane  
aureus.

**V**ita sunt filij quæ hortantur me ad ea uobis consulenda quæ optima esse duco, quæ uobis si illa sequimini, profutura cōfido: quippe & huiusmodi etas, & multarū rerum usus: & insuper (quod omnia maxie docet) in utrāq[ue] partē mutationis satis esse expertū, humanae rege me fecere peritū: Itaq[ue] possum his qui nuper uitam ingressi sunt quasi uiam aliquam, qua tutissime proficiscantur ostendere. Accedit ad hoc quod naturali necessitudine me post parentes nemo est uobis propinquior. Quamobrem ego quidem erga uos non minus benevolentiae habeo quam ipsi

parentes. Vos autem puto (nisi forte me  
uestra mens fallit) cum me intuemini pa-  
rentum desiderio haud quaquam moueri.  
Sic igitur quæ à me dicentur ea uos susci-  
pere ac sequi parati estis; in secundo eritis  
ordine laudatorum apud Hesiodum. Sin-  
minus ego sane nihil molestum dicam.

Vos autem meministis carminum illorum  
in quibus ille poeta inquit. Optimum il-  
lum esse qui per se ipsum quæ agenda sint  
conspicaretur. Sequenti autem gradu qui  
aliorum consilia sequeretur, qui uero ad  
neutrū horum aptus esset eum pœnitus  
esse inutilem. Nec uos ulla admiratio te-  
neat: si quotidianie ad magistros euntibus  
uobis ueterumq; uirorum & ingenio &  
doctrina præstantium, per ea quæ illi scri-  
pta reliquere continuum usum & familia-  
ritatem habentibus; ego aliquid uti

A ii

lius ex me ipso inuenisse profitear. Evidē  
hoc ipsum moniturus uenio, non oportere  
uos huiusmodi uiris ita mentis uestre quā  
bernacula permittere; ut quaerunt ducunt  
ea sequamini, sed id duntaxat quod utilitā  
tem affert ab illis accipiētes, scire etiam si  
sit opus contēmnerē. Quæ igit̄ ea sint &  
quēadmodū discernant̄, id iam uobis ape-  
riam hinc sumens initiū. NOS quidem o-  
filij hanc humana uitā nihil omnino esse ar-  
bitramur, nec bonū quicquā existimandū  
censemus, nec appellandū, quod utilitatē  
nobis hucusq; suppeditet. Non itaq; digni-  
tatem amplitudinēq; maiorē, non corporis  
uires, non formam, non magnitudinē, non  
a cunctis hominibus habitos honores, nō  
ipsum imperiū, non q̄cquid dici pot̄ in hac  
uita excellēs. Sed lōgius nr̄ē pcedūt spes.  
& ad alterius uitæ pparationē cuncta mo-  
limur. Quæ igit̄ ad hanc uitā conferant

ea nos totis viribus optanda querendaq;  
esse arbitramur, Quæ uero illucusq; puen-  
re nequeūt, ut nullius momenti despiciēda  
sunt. Quæ nam tamen ista sit uita, & quo  
pacto illa uiuatur, id sane ostendere plus ne-  
gocij esset, q; nos in p̄sentia suscepimus,  
maiores etiā auditores q; ipsi nunc estis ad  
p̄cipiendū requirit, hoc solum cum dixero  
satis abunde uobis dixisse putabo. Si quis  
omnē post creatos homines felicitatē men-  
te concipiāt, simulq; in unū congerat uni-  
uersam, ne parvā quidem partem illorū bo-  
norū adēquare comperiet. Sed a minimo  
illius uitæ bono omnia humana simul co-  
lecta magis abesse, q; umbrā & somnium  
ueris rebus. Immo uero ut propiori utat  
similitudine, quanto in omni re preciosissi-  
mum est anima q; corpus, tanto utriusq; uitæ  
differentia est. Ad hanc porro uitam sacri-  
ducunt sermones p̄ occulta nos erudiētes,

A ij

donec tam profundum illorum sensum per  
ætatem nobis percipere posse non licet, in  
alijs non omnino diuersis quasi in umbris  
quibusdam speculisq; oculos mentis exer-  
cere debemus, eos imitantes qui ad certa-  
mense comparant, qui & saltu & motu  
manuum in ludo exercitati, callidius dein  
ceps in certamen descendant. Et nobis  
profecto certamen quoddam incumbere  
putandum est, & quidem omnium certa-  
minum maximum: cuius gratia cuncta ten-  
tanda sunt: & totis uiribus incumben-  
dum. Ad huiuscemodi rei præparationem,  
& poetis & oratoribus & scriptoribus eç  
teris, omnibus deniq; hominibus inhæren-  
dum, unde nobis ad ingenij exercitationē  
aliqua sit accessura utilitas. Velut igitur  
hi qui tñgunt cum primo quibusdam mo-  
dis id quod colorem recepturum sit præ-  
pararunt, tandem postea florem superin-

ducunt tunc purpureum sive quemvis ali-  
um, eodem nos itidem modo, si ut indelib-  
itis sit apud nos probitatis sententia cupi-  
mus, cum his extraneis disciplinis fueris-  
mus imbuti, tunc sacris & occultis operam  
dabimus, & quasi solem in aqua prius ui-  
dere assuefacti, ad ipsam lucem dirigemus  
intuitum. Si qua igitur conuenientia utrin-  
que sit, per utilis nobis erit talis cognitio; si  
autem nulla sit ea tamē adinuicem confer-  
re, & in quo differant internoscere non pa-  
rum nobis fructus præbebit ad posterioris  
confirmationem. Sed qua similitudine u-  
temur ad hanc rem ostendendam. Nem-  
pe ut plantæ propria virtus est fructum  
producere, afferunt tamen aliquem orna-  
tum & frondes ipse circa ramos diffusæ  
ita profecto & animæ præcipuus qui-  
dem fructus est ueritas, non in amœ-  
num tamen est hac extranea circunda-

A iiiij

ri sapientia, quæ tanque frondes quedam, &  
fructui tegme præbeat, & specie intuent  
bus lætiorem ostendat. Hoc fecisse aiunt  
**Mosen** illum summa prudentia virum, cu  
ius apud omnes gentes maximum est in sa  
pientia nomen, qui non prius ad deicon  
templationem accesserit, quam in Aegy  
ptiorum disciplinis mentem excurisset.  
Hæc eadem ferunt de Daniele sapienti,  
cum apud Babylonios Caldeorum sapien  
tiā imbibisset, postea re*g*z diuinar*g* attigis  
se doctrinā. Sed iā satis abunde demōstra  
tū est, nō inutile esse mētibus nostris hanc  
extraneā scientiā. Nūc uero quo pacto illa  
nobis accipienda sit, dicendum uidetur.  
**PRIMO IGITVR** ut à poetis incipiā  
cum illi uarij multiformesque sint, nō omnis  
bus quæ ab ipsis dicuntur adhibenda est  
mens. Sed cum excellentium virorum fas  
eta aut dicta commemorant, tunc tota mē

temoueri atq; inflammari debemus, maxi-  
mè conari ut tales i p̄ simus, quales illi fu-  
erent. Quum uero in improborum hominū  
mentionem incident, fugienda est illorum  
imitatio, auresq; claudend; non secus atq;  
ipsum ferunt Vlyssiem ad Syrenum can-  
tus. Prauæ em̄ confabulationes uiæ quæ-  
dam sunt ad facinora. Quamobrem omni  
diligentia curandum est, ne inter illam quā  
placuisse sermones habent festiuitatē la-  
tenter aliquid admittamus inali, ut hi qui  
uenena melle permixta absorbent. Non  
igitur laudabimus poetas neq; cum iurgia  
referunt, neq; cum scurras aut amantes,  
aut ebrios aut dicaces imitantur: neq; quā  
diuite mensa cantuq; dissoluto felicitatem  
diffiniūt, minime uero cum de his aliquid  
dicunt. & maxime cum de illis ita narrant,  
quasi plures sint, atq; discordes. Nam apud  
eos & frater in fratrem coniurat, & paren-

A v

tes filij, filij & parentibus inferunt bella.  
Deorum uero adulteria atq; amores & sce-  
lestos concubitus, & eos maxime summi  
ac principis (ut illi asserunt) Louis: quæ ne-  
de pecudib; quidem sine rubore quis di-  
ceret, his relinquemus qui in scæna uer-  
santur.

HAEC EADEM dicenda sunt, & de  
cæteris scriptoribus, & tunc maxime cum  
ad voluptatem loquuntur. Sed nec ora-  
torum artem mentiendo imitabimur. Nec  
eñi in iudicio, neque usquam alibi mentiri  
nos decet. Qui rectum ac uerum iter-  
nitæ elegimus, quibus interdicta sunt men-  
dacia, legis præcepto. Sed tunc maxi-  
me oratores amplectemus, cum aut uirtus  
rem extollunt, aut uicia effulminant. Ut  
eñi ex floribus cæteri quidē nihil sumunt  
præter odorem atque colorem. Apes ue-

ro mella etiam inde sciunt excerptere, ita  
qui non solam festiuitatem uerborum se-  
quuntur, fructum aliquem percipere pos-  
sunt, sed quoniam in apum mentionem  
incidimus, prosequamur hanc similitudi-  
nem. Ille enim nec omnes pariter flo-  
res adeunt, nec si quos adeunt, eos totos  
absumunt. Sed eo solo ablato quod ope-  
ri suo aptum sit, reliquum omne ualere si-  
nunt. Et nos quoq; si sapimus cum id ex-  
cerpterimus, quod ueritati amicum, con-  
sentaneumq; sit, cætera omnia transgredie-  
mur. Et uelut in rosis legendis sentes ui-  
tamus: ita quantum utiliter scriptum est  
accipientes, reliqua quæ nocere possunt  
declinabimus.

PRINCIPIO IGITVR disciplinarum  
quamlibet considerare oportet & ad fi-  
uem dirigere. L apides ad filium Do-

rico prouerbio redigentes. Et quoniam ad  
hanc nostram uitam per uirtutem ascendis-  
tur, uirtus autē ipsa multū à poetis, multū  
ab historicis, multo etiam magis à Philoso-  
phis laudatur, eorum uerbis maxime est in  
hærendum. Necq; em̄ parum habet utilita-  
tis consuetudo quædam & familiaritas uit-  
tutum, mētibus iuuenum animisq; infusa;  
cum maxime inhærere soleant, & pene ins-  
delibilia esse, quæ in tenera ætate discun-  
tur, propter annorum mollitatem profunde-  
inusta. Et quid aliud Hesiodum uoluisse  
putādum est, cum illa scripsit carmina, quæ  
uniuersi decantant. Aspera inquit primo,  
& pene in uia, & sudoris continui, & labo-  
rum plena est uia quæ ad uirtutem ducit.  
Quamobrem nec cuiusvis est, propter ar-  
duitatē illam capescere, nec capescenfa-  
cile ad cacumen euadere. Sed ubi id supe-  
raueris, ex eius fastigio uidere licet, ut uia

illa lenis sit, & pulchra, utq; expedita & fa-  
cili, & longe iucundior q̄ altera, quæ ad  
vicia dicit: quam uniuersam simul arrip̄i  
posse (idem poeta testatur.) Mihī quidem  
videtur nihil ob aliud q̄ ut ad uirtutem  
probitatemq; adhortaretur ista dixisse, ne  
laboribus uicti, ante finē deſiſteremus, sed  
& si quis alius ſimiliter uirtutem laudarit,  
eius sermones promptiſſime recipiemus.  
Ego autem ē quodam uiro qui ad int̄iecti-  
gandas poetarum mentes acutissimus ha-  
beatur audiui cū diceret, totam Homerī  
poēſim laudem eſſe uirtutis. Omniaq; il-  
lius poētæ huic tēdere, niſi qd interdū in-  
cidēs sit. Ve in eō loco uel maxīe id patē-  
re, cū finxit Cephālenior̄ ducē naufragio  
eiectum tācum abſuiffe, ut illos quibus &  
ſolus & nudus appāruit uerécundia aliquā  
auerteret, quandoquidem pro uestib⁹ uit-  
tate illum dixit ornatum, ut primo reginā

eum cū rege uerita sit; deinde reliqua Phæ  
acum multitudo tāti putauit, ut relictis es-  
pulis quibus commessabātur unum illum  
cuncti intuerentur, nullumq; illorum esse  
qui eo tēpore magis quicq; ab dījs optaret,  
q; Vlyssem fieri, quanq; & nudū & naufra-  
gum. Aiebat ille poetaꝝ interpres, hoc in  
loco Homerꝝ clara uoce clamare. O HO-  
mines sit uobis cura uirtutis, quæ & cum  
naufrago erat, & in littore nudum eie-  
ctū fortunatis Phœacibus uenerabiliorē  
ostendit, & profecto ita res est, nā cætera  
om̄ia magis possidētūm sunt quā cuiusq;  
ut in talari ludo huc & illuc transeuntia.  
SOLA uirtus & uiuenti, & mortuo stabi-  
lis est, & firma possessio. Qua ratione mo-  
tus mihi uidetur Solon cū inquit ad diui-  
ties. At nos non perm̄tabimus cū uir-  
uitas uero alias alius possidet, similia his

sunt & à Theognide dicta, qui inquit de-  
um quemcunque tandemis senserit) ua-  
rie hominibus talentum appendere. Alio  
enim tempore diuitijs affluere, alio nihil  
possidere. Hæc eadem fere à Prolico  
Sophista quodam in loco suorum libro-  
rum de virtute, ac uicissim sapientissime scri-  
pta sunt. Cui quidem præstandæ sunt  
autres, neq; spernendus est ille uir. Is uero  
itaque inquit, quantum ego memini,  
nam eius uerba non teneo, nisi q; sine me-  
tro sic ait, HERCVLEM cum is adole-  
scens esset uestræ ferme ætatis, diu secum  
multumq; dubitasse, utram uiam caperet,  
cum duas uideret, unam uoluptatis, alte-  
ram virtutis. Inter ambigendum autem du-  
as accessisse Matronas, has uero esse &  
virtutem & malitiam. Statim quidem igit  
& si illæ sileret, manifesta fuisse diuersitatē  
illarū, uideri enim alteram accuratissime

ornatam, fluentem delicijs, & omnium so-  
luptatum examen post se trahetem. Hanc  
itaq; omnia ostentantem, & multo etiam  
plura pollicentem secum trahere Herculem  
tentauisse. Alteram uero asperam & duram,  
seu eoz intuētem talia econtra dixisse, pol  
liceri se nec uoluptatem aliquam, nec quietem,  
sed labores, pericula, sudoresq; infinitos  
terra maric; tolerandos: præmiū aut il-  
lor; fore(ut ille aiebat)deum fieri. Et hanc  
demum Herculem secutum fuisse dicit, et  
fere omnes qui modo aliquid in philosophia  
scripsere, ut quisq; maxime potuit, uirtutē  
laudarunt. Quibus sane credēum est, cos-  
nandumq; ut in uita nostra id ostendamus.  
Nam quisquis ea quae alij uerbis, dunata  
xat philosophantur, rebus ipsis affirmat, is  
uere sapit, cæteri uelut umbræ uolitant.  
Nec secus ea res se haber, quam si pictor  
egregiam uiri formam imitatus sit: hic ue-

re uera talis existat; quale ille in tabula  
expresserit. **Q**VI em virtutē cōetu homi-  
nū laudant, amplissimisq; uerbis extollunt,  
ip̄i uero & libidinē tēperantiae, & questū  
iustitiae anteponunt, hi mea quidē senten-  
tia nihil differunt ab histrionibus, qui cum  
poemata in scœna agūt, sēpe reges u& potē-  
tes prodeunt, cū necq; reges sint, necq; poten-  
tes, necq; omnino forsitan liberi. At q Mu-  
sicus quidē si id uitare ullo modo potest,  
nunq; patitur lyram sibi dissonare, necq; cho-  
ri principes inconcinnū sibi chorū habere.  
Ipse uero quispiam secū dissidebit, necq; ui-  
tam consentaneam uerbis præstabit: Sed  
Euripide authore lingua quidem iurasse dī-  
cet, mentem uero iniuratā mansisse, & bo-  
num uideri q; esse magis cupiet. At hic est  
ultimus iniuriæ terminus ( si quid credere  
oportet Platoni) bonū uideri, cum non sis.  
Ea igitur quæ de uirtute scripta sunt ita ut  
dictū est accipienda censeo, Cū aut̄ præcla-

B

ra facta maiorū aut memorię successionē,  
aut poetarū, uel hystoricorū librīs, usq; ad  
nostrā ætate cōseruata sunt, nec huius qdē  
gñis utilitatē negligemus. Ut Tecce Peri-  
cles Atheniensis cū eū qdā ex fori hoībus  
pbris lacesseret, nihilo est irritatus, neq; aio  
cōmotus. Sed per uniuersam diē pseuera-  
tū est, cū ille nullo maledicto abstineret, hic  
uero tanq; ea res nihil ad se ppterineret, contē  
neret. Vespere aut̄ iam facto, & tenebris  
exortis cū surgator ille uix eo tpe abire uel  
let. Pericles faniulo cū lumine accito, pro-  
secutus est ipsum, ut sibi q̄ lōga esset hæc ad  
philosophiā exercitatio. ITEM cū qdam  
iratus, Eucli Megarēsi necē minaret, id  
q; se facturē esse iuramēto firmaret. Euclis  
des cōtra iurauit se profecto illū placatur,  
effecturū ne sibi infensus foret. Quam  
oper̄ pretiū est aliquod huiuscemodi exē  
plū succurrere mētibus hoīm iam ita effe-  
tuscentiū. Tragœdię eīn nequaq; est credē

dū dicēti. Inimicas armabit ira manus. Sed  
potissimum effet nullo modo irasci. Si id fie-  
ri nō pōt, at rationis freno moderandū est,  
nec pmittendū longius efferri. Sed reduca-  
mus orationē nostram ad clarorū virorum  
exēpla. PVLs aut q̄ spiam Socratē Sophro-  
nisci filiū, faciē eius petulantissime cedens.  
Socrates uero nō repugnauit, sed illius ire  
ac petulantiae se permisit. Donec ei uultus  
undicib⁹ tuber fieret. V erū ubi ira illius sati-  
ata est. Socrates qđem nihil aliud egit, nisi  
qđ frōti sue inscripsit p̄cussoris nomē quēs  
admodum statuis fieri solet. Ille inquit hoc  
opus effecit, nec ulterius ulcisci perrexit.  
Haec quae nostris similia sunt perdigna-  
sse imitatione duco. Hoc enim Socra-  
ticum illi nostro conuenit, quod monet  
ut percutienti maxillam unam alteram  
porrigamus, tantum abest ut ulciska-  
mur. Id autem Periclis aut Euclidis simile  
est illi quo monemur persequētes expecta-

B ij

re, & benigne iras illorum tolerare, & inimici  
bona precari, non aut maledicere, quod erit  
in illis etiam praeeruditus, is postea praeces  
potius acquiescet. Nec quasi impossibilia sunt  
aspernabitur. Haud sane prætereundum est  
Alexandri regis memorabile factum, qui cum  
Darini filias in captiuis haberet, mirum immo  
dum ut ab omnibus prædicabatur formosas,  
nec uidere quidem uoluunt, turpe esse ratus  
eos qui uiros uicesset, a mulieribus supera  
ri, hoc illi nostro conuenit, quod aspiciens  
mulierem ad uoluptatem, & si rem non con  
sumet, tamen quia id concipiuit in corde  
suo, crimen non caret. Illud autem Cliniae Py  
thagorae familiaris difficile est credere non  
dedita opera, sed fortuito nostris conueni  
re, qui cum posset trium talentorum damnum ius  
reiurando sibi delato effugere, soluere qui  
de maluit quam iurare: quanquam sine piurio id  
facere liceret. Audiuerauit ille ut quidem mihi  
uidetur præceptum domini iuramenta ueteran

tis. Sed redeo ad id quod in principio dicebam, non omnia nobis recipienda sunt; sed tamen utilia. Etenim cum eos cibos qui obesse possunt corpori diligenter uitemus, absurdum est disciplinare quibus animus alitur ratione nullam habere, sed tanquam torres aliquis quemcumque sors obtulerit sine delectu immergere. Et cum gubernator non temere nauem uestris permittat, sed ad portum dirigat; & sagittarius ad signum, & faber & architectus finem aliquem suae artis respiciat iniquum est, nos ab eiusmodi opificibus in cognoscendis rebus nostris supari, neque enim manualium operum finis aliquis est, uite autem humanae finis est unus quem intueantur hi qui bene uiuere querunt. Quod si nulla ratione huc atque illuc in vita iactaremur, quod inter nos atque rates gubernaculis carentes interesset? Vere ut in musicis gymnasticisque certaminibus eorumdē sunt exercitatiōes quorū & prēmia. Nec ullus, cum se palestra aut Pancratio exercuisset, ly-

ra deinde at tibia certat necq; eī Polydamas  
id agebat, nec Milon. Sed alī ante Olym-  
picū certamē currus sistebat currētes. Mi-  
lon ḥo in clypeo uncō stabat, nec depelli-  
ab eo ulla ui poterat, sed resistebat nō sec',  
ac statua plūbo affixa. Quod si Marsie, aut  
Olympi musicī essent meditati relicto put-  
uere; atq; gymnasio seto coronas, gloriāq;  
assecuti essent, aut effugissent ne corpora sua  
derisui haberent. Sed nec Timotheus reli-  
cta musica sua in luctaminibus uersaret:  
necq; eī assēcatus fuisset, ut cunctis musicis  
lōge antecelleret, cui tātū superat artis, ut  
quotiēs libuisset animos hoīm, & uhemēti  
accēderet harmonia, & rursus molli ac pla-  
cida deleniret. Quippe aliquando cū in A-  
lexandri cōuiuio eum cantū quē Phrygiū  
appellant modulare, usq; adeo regē exci-  
tasse dicit, ut ad arma capienda proſilireret,  
atq; iterū ad comessationes: epulasq; redu-  
xisse modulatione mutata. Tantas uires ha-

bet in Musicis gymnicisq; certaminibus ad  
finem suū directa excitatio. Sed quoniam  
in coronar̄, atq; pugilū mentionem incidi-  
mus prosequamur: & aliquantis per in ea re-  
Porro illi quadā incredibili labore tollerā-  
tia uires adepti cum infinitis sudoribus in  
gymnasio manarint, innumerasq; plagas in  
exercitatione tulerint, Vicitū autē non uolu-  
ptariū neq; iocundū, sed quem magister lus-  
di præscripserit, uictarint, & in cæteris  
omnibus (ne orationē protrahā) ita institu-  
ti, ut uita aī certamē acta meditatio fuerit  
certaminis, tandem se nudāt in stadio & sum-  
mo labore ac periculo decertāt, ut oleastri  
aut apij aut eiusmodi corona donēt, uicto-  
resq; à præcone buccinent. Nos uero qbus  
præmia uitę nostrę adeo mirabilia proposi-  
ta sunt, ut nec magnitudo eoꝝ dici possit:  
nec multitudo numerari: in utranque au-  
tem securi dormientes: altera manu ca-  
pescere posse credemus: permulti sa-

B iij

ne essent illusi, & Sardanapalus ille primas  
omniū partes in beatitudine ferret, uel Mar-  
gites forte quē nec aratorē, nec fossorē,  
nec cuiusquā rei actorem fuisse Homerū  
ait: Si utiq̄ Homero credendum est potius  
quā Pittaco, q̄ inquit, arduū esse bonū exis-  
tere. Multis enim laboribus susceptis uix  
eore honorē cōpotē fieri cōtingit; quorū ni-  
hil in hac uita esse simile pauloante diceba-  
mus. Non igit̄ desidendū est nobis, nec pro-  
breui uoluptate maximæ spes abiijcēdē, ni  
si uelimus & pati conuitia, & penas subi-  
re, nō hic apud hoīes, quanq̄ ne hoc qđem  
paruū recte sentiendi, sed aut sub terra, aut  
ubicūq̄ sint illa iudicia. NAM quinon ex  
uoluptate deliq̄t, is forte aliqua dignabit̄  
uenia. Qui aut̄ ex proposito peiora elegit,  
nullā habet excusationem quin multiplici  
poena afficiā. Quid igit̄ faciēdū est, dicet  
quispiā: quid aliud: q̄ curę animā habendā,  
cæteris omnibus pro nihilo habitis. Nō er-

go corpori seruiendū, nisi quantū summa  
cogit necessitas; sed anima bonis artibus  
imbuenda, & ex corpore vinculis ac passio-  
nū societate p̄ philosophiā extimēda. Illud  
præterea effidendum est, ut corpus labore  
patientissimū sit. Ventri aut̄ non ad uolu-  
ptatē, sed ad sustentationem porrigendū.  
NAM qui semper cœnas atq; coquos mē-  
te agitat, epulab; gratia terras mariac; per-  
scrutant̄, miserabili admodū seruitute pre-  
munt, & grauissimo dño tributa pendunt,  
nihil leuius patiētes, q̄ hi q̄ apud inferos  
poenas dant. Vere ignē diuidētes, & scribro  
aquā ferētes, & p̄fōssum uas implere anhe-  
lātes, nullū finē labore habentes. Tonderi  
aut̄ aut amiciri ultra quā necessitas sit, aut  
miserab; est secūdū Diogenē aut injurio-  
bus. Itaq; occupatū esse in corporis ornatū: nō  
minus turpe dicendū arbitror, quā ut pelli  
cē esse aut adulterio. Quid em̄ refert homi  
nī gnauo xystide amicitiaſ, an vili aliqua ue-

ste dūmodo corpus ab intēperie tuteſ. Qd  
& in cæteris obſeruandū est, ne qd ſupuas  
cuo moliamur, nec plus corpi tribuamus,  
q̄ aīe cōmodū ſit, neq; eīm minus turpe ē ui  
ro, q uere hoc cognomē dignus exiſtat, ni  
miā corporis curā habere q̄ ad alīā q̄uis paſſ  
ionē effœminatū eſſe. Omne porro ſtudiū  
ponere ut corpi q̄optime ſit hoīs eſt ſe iſpm  
ignorātis, nec intelligētis ſapiēs illd' q̄ nō id  
qd cernit eſt homo, ſed opus eſt maiori ſapi  
entia, ut quifq; ueſtrū qd tandē ipſe ſit, poſ  
ſit agnoscere. Veſt enim uero id aſſeq: nō  
expiata prius mēte, imposſibilius eſt, q̄ lip  
pis oculis ſolē pſpicere. Expiatio aut animē  
ſit (ut breuiter ſimul & abūde uobis dicā )  
per cōtemptū earū quas nobis ſenſus por  
rigūt uoluptatū. NON igit oculi paſcēdi  
ſunt absurdis ſpectaculoꝝ miraculis, non  
aspectu corporꝝ uoluptatis ſtimulos relin  
quentiū. Nō per aures ſonus inſfundendus,  
qui animā corrūpere poſſit. Nam & nequi

Xia & ignavia ex huiusmodi Musica recipienda est, qua usus Dauid poeta sacrorum carminū regē (ut ferūt) ab insania liberauit Pythagoras etiam cum iuuenibus quibusdam uino fertis saltuq; per ciuitatem lascivientibus obuiat & iussisse dicitur ei qui modos tibia faciebat, ut mutata harmonia Doricum personaret. Quod ubi factum est bacchantes illos adeo resipuisse ferunt, ut sertabijcerent, & rubore uultus uercundiam confessi, domum abirent, tantum interest corrupta an salubri Musica impleare. Quamobrem ab hac quidem Musica, quæ nunc in usu est, non aliter abhorrendum uobis censeo quam à quavis fœditate. Iam uero eos uapores qui odoratum delectent aeris misceri, aut unguentis perungi, etiam interdicere uobis erubesco. Quid dicendū est de his uoluptatibus, quæ gustu aut tactu fiūt, an dubitandū quin illæ q̄e eiusmodi sint, ut nisi q̄s eas caueat, ue

tri ac feminis seruire eos ueluti pecora cōpellant. Deniq̄ (ut summatim dicā) uniuersum corpus despiciēdū est, nisi in luto uoluptatū uelimus submergi, aut certe tñ ei insidulgendū, ut Philosophiæ, ut inq̄t Plato, ministeriū p̄stare possit. Eadē ferme quę Plato & Paulus monet, dū ait nō oportere nos pruidentiā aliquā corporis habere ad uoluptates. NAM hi q̄ corpus optime nutriunt animā uero quae eius seruitio uti debet, ne gligunt, nihil ab his differūt, q̄ ut organa q̄ optima habeant summo studio cōquirūt, arte uero cuius gratia illa organa sunt cōparata despiciūt. Prorsus igit̄ cōtra obseruandū est, Nā castigare corpus & cōpescere eius impetus ut immanē quandā beluā oportet & eiusdē aduersus animā temerarios motus rationis habena cohibere atque sedare. Nō aut̄ frena uoluptatū remittere, & anima curā abiçere, & instar Aurigę uiolentia equorū tractim deferrī, nec Pythagorę

meminisse, q̄ cū intelligeret quendā ex fa-  
miliaribus suis cibis exercitationibusq; ut  
pinguis fieret curare, h̄c (inq̄t) non cessat  
molestiorē sibi carcerē instruere. Quod  
genus molestiæ cū suspicaret Plato corpori  
suo impendere, Achademiā insalubrē Atti  
e locū ferūt ex industria delegisse, ut plus  
q̄ bona habitudo corporis, ceu uitis nimia  
luxuries, ob eam rem amputare. IPSE q̄c  
iā audiui ex medicis summā corporis uale-  
tudinē periculosam esse. Cū igit̄ h̄c nimia  
indulgētia, & ipsi corpori inutilis sit, & aīæ  
impedimentū afferat, in ea re studiū pone-  
re manifestissima est insanía. Quod si cor-  
pus contēnere assuefacti essemus, parū cæ-  
tera huius uitæ admiraremur. Quid em̄ ti-  
bi opus esset diuitijs, si uoluptates corpo-  
ris aspernare, eq̄dem non video nisi forte  
quē iuuaret (ut in fabulis de Draconibus  
fertur) reconditos thesauros uigilando cu-  
stodire. Qui aut̄ ad h̄c contēnenda inge-

nue eruditus esset, plurimū ab omni facinō  
re, & ybo & ope abhorrese. Et q̄cqd ultra  
sufficiētiā foret, siue id Lydia gleba eēt, si  
ue formicarū auriferarū op⁹, tāto magis de  
spiceret, quāto minus indigeret. Sufficiētiā  
aūt ipsa nō libidie uoluptatū, sed naturę ne  
cessitate diffiniēda est. Nā q̄ excedūt necel  
lūtatis terminos, similes sunt his q̄ p̄cipites  
deferūt, nihil stabile intuenītes ubi possint  
cōsistere, nullū terminū p̄cipitatiōis haben  
tes. Sed quanto plura amplectunt̄, tantidē  
aut etiā pluris indigēt ad uoluptates implē  
das. Diuitiarū em̄ (ut ait Solon) nullus est  
terminus. Verū ad eā rē Theognide magi  
stro utendū est, q̄ ita inqt. Necq; diuitias cu  
pio, neq; uoto precor, sed mihi cōtingat ex  
paruo uitā agere oīni carentē molestia. Por  
ro nō sine beneuolētia quadā mihi in mētē  
uenit Diogenis sentētia humana oīa simul  
cōremnentis, q̄ magno rege ditiōrē se p̄diz  
cabat q̄ ipse uidelicet pauciorū indigeret.

Athobis nisi Pythij Misij ad sint talēta, &  
infinita soli iugera, & numerosa armētorū  
examina nihil sat erit. Oportet aut, ut ego  
quidem arbitror, nec absentes diuitias optas-  
re, nec p̄sentibus gloriari, nisi quantū scias  
uti. Sapienter enim Socrates qui cū uideret  
hoiem diuitijs affluentē eaq; de causa & fa-  
stido quādam gloriabundū uadere, nō prius  
ingit te admirabor quā notū mihi fuerit, quo  
pacto scias uti fortunis tuis. An uero Phy-  
dias Polycletusq; si auro aut ebore gloria-  
ti essent, ex quibus aliter Iliensibus louē, ale-  
ter Iunonē Arguiis effinxit, ridiculi habe-  
rent, aliena bona sibi glorię fore putātes,  
propriā yō artē qua illud aurū p̄ciosius fa-  
ctū est silētio p̄tere untes, nos aut̄ humanā  
virtutem non satis decoris ipsam per se ha-  
bere arbitrantes minori reprehensione dia-  
gnos putabimus. At diuitias quidem con-  
temnemus & uoluptates despiciemus,  
verum blanditias & adulations sectabis-

mur; & Archilochē uulpis calliditate, mul-  
tiplicitateq; gaudebimus. AT nihil est qd  
æque fugere debeat sapiens quā ad osten-  
tationē uiuere, & populares aures sequi,  
non aut uerā rationē usq; adeo ducē uiuen-  
di habere, ut etiā si om̄es hoīes reclament,  
nihil mutet corq; que recte instituerat, etiā  
si infamia uel pericula subire pro recte fa-  
ctis necesse sit: nam qui aliter institutus est,  
is nihil differre uidet ab Aegyptio sophis-  
ta, q; & arbor siebat & aqua & fera & quic-  
quid liberet. Siquidē ipse quoq; mō lauda-  
bit iustitiam, si id placere audientibus intel-  
liget, mō eam q̄itupabit, si is apud quos los-  
quit iniurias esse gratas cognoscet. Et qd'  
propriū assentatorū est, ut Polypus ad spes-  
ciē subiecti soli colorē mutat, ita & ipse ad  
uoluptatē audiētiū uariabit sententiā. Sed  
hæc in nostris libris discemus pfectius. In  
presentia uero umbrā aliquam uirtutis de-  
scripsim⁹ ex his extraneis doctrinis. QVI

ENIM diligenter è quavis re colligunt  
utilitatè, & si minuatim id agant, tamen ut  
magna flumina multa ex multis locis acci-  
piunt incremēta. Nā (id quod inqt poeta) si  
parp paruo superaddas, idqb frēquēter faci-  
as, nō ad pecunię duntaxat augmentū recte-  
dictū fuisse putandū est, sed ad cuiusvis sci-  
entię. Bias qdem igitr unus ex septē sapien-  
tibus filio suo in Aegyptios proficiscenti,  
rogantibp patrē quid nā agēdo maxime sibi  
gratū faceret: Si uiaticū (inqt) ad senectutē  
cōpares, uirtutē nimis pro uiatico intelli-  
gens, sed arctioribus terminis illā circūscri-  
bens, utpote qe eius utilitatē humanæ uitæ  
spacio definiuit. Ego autr siue quis Titoni  
senectutem, siue uiuacissimi apud nostros  
Mathusalez, qui mille annos minus triginta  
dicitr uixisse, si deniqb uniuersum tēpus ex  
quo fuerūt hoīes, metiaf ridebo puerilem  
eius sententiā contēplans longū, & insene-  
scibile sēculū. Quod quidē rale est ut quē-

C

admodū immortalis animæ, ita etiā illius se-  
culi nullū finē mens possit cōcipere. At qd  
piaticū paremus? Omnis lapis (ut dicunt)  
mouendus est. Vnde aliqua utilitas ad eā  
rē sit nobis futura, non igit̄ quia ardua sunt  
& laboriosa, idcirco torpescemus: sed me-  
mores illius sententię. OPORTET uide-  
re, expectare aut ut consuetudo faciat illā  
iocnndā, atq; dulcē uideri, ea sequi aggredi-  
emur. Turpe est em cū tēpus per socordiā  
abierit, tūc demū illud reuocare cū præter  
dolorē nihil sit amplius reuocanti reditur.  
Ego igit̄ quæ optima esse rebar, partim nūc  
uos admonui, partim omni uitæ tempore  
admouebo. Vos aut̄, cū tria sint morborū  
gna, ut ne uos ei similes præstetis, quod ins-  
sanabile est, neu ita mente egrotetis ut plæ-  
ricz solent corpore egrotare. Nā hi qui pat-  
ua in ualetudine agunt ipsi proficiscunt̄ ad  
medicos, q uero grauiori morbo p̄emunt̄,

ad se curantes accersunt, at hi in atrā bilem  
insanabiliter transuecti sunt, nec uenientes  
qdem medicos recipiūt. Quod uos nō pa-  
tiamenti nunc, recta cōsilia aspernātes.

## ARGUMENTVM EPI

stolæ sequentis.

Ruffinus subornarat Magnū quendā ora-  
torē Romanū, q̄ quereret ab Hieronymo,  
cur libris ecclesiasticis admiseret literas  
ethnicorū, & sacra prophani cōtaminaret.  
Huic rationē reddit, ostēditq̄ quatenus id  
liceat, & quorum exēplo id faciat.

HIERONYMVS MA-

gno oratori Romano.



Ebesium nostrū tuis monitis  
profecisse, nō tā epistola tua q̄  
ipsius pœnitudine didicimus.  
Et mirum in modum, plus  
correptus placuit, quām errans læserat.  
Certauerunt inter se indulgentia paren-

C ij

tis, & filij pietas, dum alter præteritum  
non meminit, alter in futurum quoque  
officia pollicet. Vnde & mutuo nobis tis-  
biq; gaudendū est: quia nos filiū recepimus  
tu discipulū cōprobasti. Quod aut̄ quæris  
in calce epistolæ tuæ: cur in opusculis no-  
stris, secularium literar̄ interdū ponamus  
exēpla: & candorē ecclesiæ, ethnicor̄ sordi-  
bus polluamus. Responsum breuiter habe-  
to. Nunquam hoc quæreres, nisi te totū  
Tullius possideret, si scripturas sanctas le-  
geres, si interpretes eār̄, omisso Volcatio-  
euolueres. Quis er̄ nesciat & in Moysē, et  
in prophetar̄ uoluminibns quædā assump-  
pta de gentiliū librīs, & Solomonē philoso-  
phis Tyri, & nōnulla proposuisse, & aliqua  
respondisse: Vnde in exordio prouerbior̄  
cōmonet, ut intelligamus sermones prudē-  
tiæ, uerutiasq; uerbor̄, parabolas, & ob-  
scurū sermonē, dicta sapientū, & enigmata  
quæ proprie dialecticoꝝ & philosophicoꝝ

sunt. Sed & Paulus apostolus Epimenidis  
poetæ abusus uerficulo est, scribens ad Tis-  
tū: κεῖτο διὰ τεῦσαι, κακὰ θησία, γασέγεο ἀγγεῖ  
id est, Cretenses semp mendaces, malæ be-  
stie, uētres pigri. Cuius heroici hemistichiu-  
postea Callimachus usurpauit. Nec mirum  
si apud Latinos metrū nō seruet, ad uerbu-  
expressa translatio, cū Homerus eadē lin-  
gua uersus in prosam, uix cohæreat. In alia  
quocq̄epistola, Menandri ponit senarium:  
φθείρεσσιν γαρ οὐκ χρεισάδμιλίαι κακαι. id est:  
Corruerpunt enim mores bonos colloqa mala.  
Et apud Atheniēses in Martis curia dispu-  
tans, Aratū testē uocat, Ipsius enim & genus  
sumus, qd Grece dī: το γαρ οὐκ γένος οὐ μέρη.  
Et est clausula uerbus heroici. Ac ne par-  
hoc esset, ductor Christiani exercitus &  
orator inuictus pro Christo causam agēs:  
etīā inscriptionē fortuitā, arte torquet in ar-  
gumētū fdei. Didicerat enim à uero Dauid  
extorquere de manibns hostiū gladiū, &

C iij

Golię superbissimi caput proprio mucro  
ne trūcare. Legerat in Deuteronomio dñi  
uoce præceptum, mulieris captiuę radendū  
caput, supercilia, omnes pilos & ungues  
corporis amputandos, & sic eam habendā  
in coniugio. Quid ergo mirū, si & ego sapi  
entiam secularē propter eloquij uenustatē,  
& mēbrorum pulchritudinē, de ancilla atq;  
captiua Israelitidē facere cupio? & si q̄cqd  
in ea mortuū est, idolatrię, uoluptatis, erro  
ris, libidinū, uel p̄cido, uP rado: & mixtos pu  
rissimo corpi uernaculos ex ea genero dño  
Sabaoth: Labor meus in familiam Christi  
pficit, stuprū in alienā, auget numerū con  
seruorū. O see accepit uxorē fornicariam  
Gomer filiā Debelaim, & nasciē ei de me  
retrice filius Iezrael, qui uocat semen dei.  
Elaias nouacula acuta, barbā, & crura radit  
peccantiū. Et Ezechiel in typo fornicatiis  
Hierusalē tondet cæsariē suā: ut quicqd in  
ea absq; sensu & uita est, auferat. Cypria-

nus uit eloquētia pollens & martyrio, Fir  
miano narrante mordeſ, cur aduersus Des  
metrianū ſcribens, testimonijſ usus ſit pro  
phetaꝝ, & apostoloꝝ: quæ ille ficta & cō  
menticia eſſe dicebat, & nō potius philoſo  
phorū & poetarū, quorū autoritatī ut ethni  
cis cōtraire nō poterat. Scripſerunt contra  
nos Celsus atq; Porphyrius, priori Orige  
nes, alteri Methodius, Eusebius & Apolli  
narius fortissime responderunt. Quorum  
Origenes octo ſcripſit libros. Methodius  
uſq; ad decē milia pcedit uersuum. Euse  
bius & Apollinarius uigintiquinq; & tri  
ginta uolumina condiderunt. Lege eos &  
inuenies nos cōparatione eorū imperitifſi  
mos: & post tanti tēporis ocium, uix quaſi  
per ſomnium quod pueri didicimus, recor  
dari. Iulianus Augustus ſeptem libros in  
expeditione Parthica, aduersum Christum  
euomuit: & iuxta fabulas poetarū, ſuo ſe  
nſe lacerauit. Si cōtra hūc ſcribere tētauſ

ro, puto interdices mihi ne rabidū canem,  
philosophorū & Stoicorū doctrinis, id est,  
Herculis clava repercutiā: q̄q Nazarenū  
nostrū, & (ut ipse solebat dicere) Galileum  
statim in prelio senserit: & mercedē lingue  
putidissimę, contumelijjs perfossus acceperit.  
Iosephus antiquitatē approbans Iudai-  
ci populi, duos libros scripsit cōtra Appio-  
nē Alexandrinū grammaticū: & tanta secu-  
larium profert testimonia, ut mihi miracu-  
lū subeat, quō uir Hebræus & ab infantia  
sacris literis eruditus, cunctā Græcorū bi-  
bliothecā euoluerit. Quid loquar de Phi-  
lone, quē uel alterū uel secundum Iudæum  
Platonē critici pronunciant? Currā per sin-  
gulos. Quadratus apostolorū discipulus,  
& Atheniensis pontifex ecclesiæ, nōne A-  
driano principi, Eleusinæ sacra inuisenti, li-  
brū pro nostra religione tradidit? Et tantæ  
admirationi omnibus fuit, ut persecutionē  
grauissimā, illius excellens sedaret ingenis.

um. Aristides philosophus, vir eloquentissi-  
mus, eidē principi apologeticū pro Christi  
anis obtulit, cōtextū philosophoꝝ senten-  
tīs: quem imitatus postea Iustinus, & ipse  
philosophus, Antonino Pio & filijs eius se-  
natūicꝝ librū cōtra gētiles rradidit, defens-  
dens ignominiā crucis, & resurrectionem  
Christi tota p̄dicās libertate. Quid loquar  
de Melitone Sardensi episcopo? Quid de  
Apollinario Hierapolitanæ ecclesiæ sacer-  
dote, Dionysioꝝ Corinthiorꝝ episcopo, &  
Taciano, & Bardesane, & Hireneo Photi-  
ni martyris successore: qui Origenis hære-  
seon singulaꝝ uenena, ex qbus philosopho  
n̄i fontibus emanarint, multis uolumibus  
explicarunt: Pantenus Stoicæ sectæ philo-  
sophus, ob p̄cipue eruditioñis gloriā, à De-  
metriano Alexandriæ episcopo, missus est  
in Indiam: ut Christū apud Brachmanas, et  
illius gētis philosophos p̄dicaret. Clemens  
Alexandrinæ ecclesiæ presb̄ter, meo iudi-

cio omniū eruditissimus, octo scripsit Stromatū libros, & totidem ἔποιησεν, & aliū cōtra gentes, paedagogi quoq; tria uolumina. Quid in illis indoctū, imò quid nō ē media philosophia est? Hūc imitatus Origenes, decē scripsit Stromateas, Christianorū, & philosophorum inter se sententias cōparans: & om̄ia nostrāe religionis dogma ta de Platone & Aristotele, Numenio, Cornutoq; confirmans. Scripsit & Milcades contra gentes uolumen egregiū. Hippolytus quoq; & Apollonius, Romanę urbis senatores, propria opuscula cōdiderūt. Extant & Iulij Aphricani libri, qui tēporū scripsit historias: & Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, uiri apostolicoq; signorum atq; uirtutum, & Dionysij Alexandrini episcopi: Anatolij quoq; Laodiceenae ecclesiæ sacerdotis, necnon presbyterorum Pamphili, Pierij, Luciani, Malchios, Eusebij Césariensis episcopi, & Eusta-

thi Antiocheni, & Athanasij Alexadrini;  
Eusebij quoq; Emiseni, & Triphiliij Cy-  
prii, & Asterij Scithopolitæ, & Serapionis  
coſefforis: Titi quoq; Bostrenſis epifcopi:  
Cappadociq; Basilij, Gregorij, Amphilochij: qui omnes in tantu philofophor; do-  
ctrinis atq; ſententijs ſuos refarciunt libros:  
ut nescias quid in illis primu admirari debe-  
as, eruditio nem ſeculi, an ſcientiam scriptu-  
rarum. Veniam ad Latinos. Quid Tertul-  
lano eruditius, quid acutius? Apologetis  
cuius eius & contra gentes libri, cunctam ſe-  
culi obtinent disciplinam. Minutius felix  
cauſidicus Romani fori, in libro, cui titu-  
lus Octauius eſt: & in altero contra ma-  
thermaticos, ſi tamen in ſcriptio non menti-  
tur autorem, quid gentilium ſcripturarum  
dimiſit intactum? Septem libros aducrſus  
gentes Arnobius ædidiſt: totidemq; discipu-  
lus eius Lactantius, q de ira quoq; & opifi-  
cio dei duo uolumina condidiſt: quos ſi le-

gere uolueris, dialogos Ciceronis in eis  
mitimus repies. Victorino martyri in libris  
suis licet desit eruditio, tamen non deest eru-  
ditionis uoluntas, Cyprianus quod idola dii  
non sint, qua breuitate, qua historiae omniu-  
scientia: quorum uerborum & sensuum splen-  
dore perstrinxit. Hilarius meorum confessor  
temporum & episcopus, duodecim Quin-  
tiliani libros & stilo imitatus est, & nume-  
ro: breuique libello quem scripsit contra Di-  
oscorum medicum, quid in literis possit, ostendit.  
Iuuencus presbyter, sub Constantino  
historiam domini saluatoris uersibus expli-  
cauit: nec pertinuit Euangelij maiestatem,  
sub metri leges mittere. De ceteris uel mor-  
tuis uel uiuentibus taceo: quorum in scri-  
ptis suis & uires manifestae sunt & uolu-  
tas. Nec statim prava opinione fallaris con-  
tra gentes hoc esse licitum, in alijs disputati  
onibus dissimulandum: quia omnes penes  
omnium libri, exceptis his qui cum Epicu-

to literas non didicerunt, eruditionis do-  
ctrinæq; plenissimi sunt. Quanquam ego  
illud magis reor, quod dictati uenit in men-  
tem, non te ignorare quod semper à dō-  
cis uiris usurpatū est; sed per te mihi pro-  
poni ab alio questionem, qui forte propter  
amorem historiarum Salustij, Calphurni-  
us cognomento Lanarius sit. Cui quæso  
uisuadeas, ne uescentium dentibus eden-  
tulus inuideat: & oculos caprearum, talpa  
contemnet. Diues (ut cernis) ad disputan-  
dum materia, sed iam epistolaris angustia  
finienda est.

## PRAECEDENTIS EPI-

### stolæ Scholia.




Misso Volcatio euolueres.) Volca-  
tius commentaria scripsit in Cice-  
ronem, ut testatur Seneca. Pro Vol-  
catio quidam inepti supposuerant  
supercilium. O audaciam, statim mu-  
tare, quod non intelligas. Dialecti-  
corum.) Ad hos refert uersutias ar-  
gutarum propter elenchos. Ad Titum.) KENT


τει τεῦσδι, κανοθηγία, γαστροαγγαῖ. Creten  
ses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres inertes,  
Θηρίον propriæ bestiæ significat noxiæ, ut uiperā,  
crocodilum. Et ipsos uentres uocat hoies uentri deli-  
ditos. Hic uersus celebris factus est syllogismo, q[uo]d uo-  
cant, φυλόμηνος, id est, mentiens: hunc em in exē-  
plum adducunt. Ponit senarium.) Nam est iambicus trimeter: φύλος ιψή Χρονίδη μιλιακή γένεσις  
id est, Mores probos, colloquia corrumpunt mala.  
Quod Græce dicitur: τῷ γαρ καὶ γένος ἐφύλου  
.i. Huius em & genus sumus: ē hemistichū Aratī in  
Phænomenis, quod opus adhuc extat. Inscriptio nē  
fortuitā.) Quia inuenierat Athenis, arā inscriptā igno-  
to deo. Est aut maxie rhetorictū, cū id q[uo]d suademus  
ut fiat, iā factū esse dicamus. Suadeo ut colatis deū,  
quē iam colitis, sed ignotū. Itē de Leone narrat Phī  
Iostratus, cū prodisset ad populi suasurus cōcordiā,  
statimq[ue] populus risisset obesum, ut erat. Ridetis, in  
quit. Est mihi uxor me crassior, tamen unus lectu-  
lus capit cōcordes: discordes ne tota qdem domus.  
Atq[ue] ita fortuitū r̄sum uertit in argumētū suadēde  
concordiæ. Et mixtus.) Græci miscerit pro coire di-  
cūt, quod & hic significat. Vernaculos ) Vernas uer-  
naculos uocat. Verna seruus est domi tuæ ratus: q[uo]d  
genus seruorum simillimū erat liberis, Cōtumelij p/  
fossus.) Quid est contumelij per fossus, an magnū si-  
quis illi beluae maledixerit. Legendū igit̄, conto per  
fossus: sic em scribit Orosius, dum post sceleratissi-  
mū uotum, quo monichos & episcopos onnes in-  
cendio destinarat, ab obuio quodam equite conto  
iectus interiit. Vel alterum uel secundum Iudæum.)  
Codices dissident. Legendum censeo: uel alterum,  
uel Iudæum Platoneum, Critici uocabantur

tensores alienorū operum, a κρίνω iudicio. ἐποτυ  
ντόστιμο) In quibusdam libris additum est, id est,  
dispositionum: opinor legendum, expositionum.  
Nam ἐποτυντόστιμο est, cū res explicatur, & oculi  
lis proponitur. In eis ἐπιτύμβιο.) idest, compendi  
um sive abbreviationem. Calphurnius.) Sēpius in  
cūlcat hunc Calphurnium Salustianum, nec ad  
huc liquet quisnam sit, nisi quod a calidis fu  
tūs & lassitudinibus dicta uidentur cognomi  
na, ut luxuriosum intelligas simul &  
ferocem ac tyrannicum. Ruffinum  
enim, opinor, notat.

1825026

On the side of the hill, between the two  
old roads, a small valley, very narrow,  
but deep, containing a few acres of land.  
The soil is thin, but the ground is  
well-drained, and the crops are good.  
There is a small stream flowing through  
the valley, which is about 10 feet wide  
and 2 feet deep. The water is clear  
and cold, and there is a small waterfall  
about 10 feet high. The valley is  
surrounded by high, rocky hills, and  
the sky is clear and blue.





2441 - 44

